Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26220
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in throno claritatis suae et colligentur ante eum omnes gentes et segregabit eos ab
invicem sicut pastor hedos ab agnis et statuet oves ad dexteram hedos
autem ad sinistram Tunc dicet rex his qui ad dexteram erunt Venite benedicti patris mei percipite paratum
Esurivi enim et dedistis mihi manducare sitivi et dedistis mihi bibere Hospes fui et colle
gistis me Nudus fui et vestistis me Infirmus fui et visitastis me Incarcere fui
et venistis ad me Tunc respondebunt iusti dicentes Domine quando te vidimus esurientem et
pavimus te sitientem et potavimus Nudum et vestivimus Hospitem et collegimus quando
infirmum et in carcere et venimus ad te Tunc rex dicet eis Amen dico vobis quamdiu fecistis uni ex
minimis meis fecistis mihi fecistis Tunc dicet illis qui ad sinistram erunt Discedite
a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo et angelis eius Esurivi enim et non dedistis mihi sitivi et non
dedistis mihi Hospes eram et non collegistis me Nudus et non vestistis me Infirmus et in carcere et non visitastis me Tunc
respondebunt et isti dicentes Domine quando te vidimus esurientem sitientem
Hospitem Nudum Infirmum Incarcere Et non ministravimus tibi Et tunc respondebit illis
Amen dico vobis Quandiu non fecistis uni ex minimis istis nec mihi fecistis Et ibunt isti in combus
tionem aeternam Justi autem in vitam aeternam Quid potest nos magis ipse dicere Quo
modo magis potest iustitiae ac misericordiae nostrae opera provocare quamquam pistare dixit se
quasi egenti et pauperi pistari Et se dixit offendi in egeni pistri et pauperis Ut
quid respectu fratris non moveat in eccla. Ut ipse contemplatione moneat Et quid non cogitat in
labore atque egestate consertum Domini cogitet in ipso illo quem despexit gloriatus
Et idcoco fratres nostri quibus idem metus pro re et sprevit calcato quia mundo ad superna
et divina animam erectus fide plena mente devota oratione gemitus primetendo
dum obsequio pveniam Veni xpo vestimenta tuenda receptui idumita celestia
Veni poni et cibum solatre cum abrahae et isaac et iacob ad convivium celeste ven
turi ne parti metam multi seminem securitatem ac salutem etiam dum tempus
gsulam paulo apolo admonente et dicente Ergo dum tempus habemus operemur quod
bonum est maxime autem ad domesticos fidei bonum autem facientes non deficiamus
tempore enim metemus Cogitemus fratres dilectissimi quod subapostolis fecerunt credentium
populus quando et ipsa primordia maioribus iuvantibus meis augebat quando
credentium fides novo adhuc fidei calore fervebat domicilia tota praedia
gemundabant ad dispensandum pauperibus quantumque libenter ac largum
apostolis offerebant Terreno patrimonio vendito atque distracto fundos
illuc transferentes ubi fructus caperent aeternae possessionis